

In processibus faciendis tam per Regulares quam per Confraternitates ita in posterum servari debere, ut in Ecclesiis, *habentibus claustrum*, processiones fieri non possint nisi *intra claustrum tantum* et non extra. In Ecclesiis vero carentibus claustrum, fieri possint intra ambitum, hoc est, *prope muros Ecclesiae*, sive exeundo a janua Ecclesiae et intrando per illam, sive per eandem et semper prope muros Ecclesiae. Extra vero ambitum Ecclesiae non licere Regularibus neque Confraternitatibus facere processiones nisi de licentia, consensu aut cum *Cruce parochiali*, exceptis tamen illis Ecclesiis, quae habent in hoc speciale Privilegium faciendi processiones per alia loca, quibus per hoc decretum S. C. non intendit praedjudicare. n. 723 die 26. Febr. 1628; n. 970 ad 1 die 15. Decbr. 1632; n. 1368 die 8. Febr. 1642; n. 1636 die 20. Apr. 1652; n. 1934 die 27. Julii 1628; n. 2278 die 12. Julii 1664; n. 2574 ad 1 die 19. Decbr. 1671; n. 2652 ad 1 die 12. Aug. 1673; n. 3517 die 9. Maii 1699; n. 3839 ad 2 die 22. Aug. 1711.

Non licere *mulieribus* in processionibus per *Claustra Monasteriorum Regularium* procedere, nisi de expressa licentia Sedis apost. n. 816 die 11. Junii 1629.

Regulares non posse cum processione exire *extra Claustra* Monasteriorum et multo minus id eis licere *per limites alterius parochiae*. n. 839 die 10. Decbr. 1629.

Posse Regulares de consensu parochi *pro tempore existentis*, per cujus fines fit processio, facere processionem. n. 991 die 19. Nov. 1633.

Regulares possunt facere processiones extra ambitum Ecclesiarum suarum de licentia Episcopi contradicente etiam parochi. n. 1507 die 4. Junii 1644.

Non licere Regularibus extra ambitum conventus processiones facere sine consensu parochi vel Ordinarii, nisi habeant speciale privilegium Sedis apost. n. 1795 die 8. Apr. 1656; n. 4851 ad 2 die 23. Febr. 1839.

Non licere Regularibus neque Confraternitatibus laicorum facere processiones extra Claustra Monasteriorum et proprias Ecclesias, nisi cum *licentia et consensu parochi*. n. 873 die 24. Aug. 1630; n. 886 die 7. Dec. 1630; n. 1298 die 2. Martii 1641.

Processiones extra Claustra Monasterii non licere et multo minus mulieres ingredi septa Monasterii et ideo omnino prohibendas. n. 904 die 8. Mart. 1631; n. 1145 die 16. Apr. 1639; n. 1215 die 31. Mart. 1640; n. 1228 die 28. Apr. 1640.

Fratres s. Francisci Toletanae possunt *ob angustiam Claustrum* prope muros Ecclesiae et Conventus proprii inclusive non vero extra ambitum ejusdem processiones facere. n. 1421 die 22. Nov. 1642.

Non licuisse neque licere Monachis Coelestinis Saltariae nisi de licentia et consensu proprii Ordinarii aut cum *Cruce parochiali* peragere processiones de sero intra limites parochiarum supplicantium et extra ambitum et porticum propriae Ecclesiae. n. 2761 die 23. Nov. 1675.

Fratres s. Francisci Nursiae posse facere processiones per terram Nursiae cum reliqua s. Antonii de Padua in die festo vel infra octavam absque consensu Capituli Colleg., sed de consensu et licentia Episcopi. n. 3426 ad 1 die 27. Apr. 1697.

Patribus Conventualibus non licet in occasione benedictionum cinerum, candelarum et palmarum facere processionem extra ambitum et Claustrum eorum Conventus nisi de licentia parochi vel probata formiter consuetudine. n. 3626 ad 4 die 8. Apr. 1702.

Fratribus reformatis Casalis Novi licet arbitrio Episcopi in die festo s. Antonii de Padua processionem per oppidum peragere. n. 3825 ad 6 die 22. Martii 1710.

Ad dubium: An liceat PP. Carmelitis Terrae Cantalupi absque consensu et licentia parochi in feria IV. ante festum Pentecostes et in die B. M. de Monte Carmelo et alias quascunque, si facere velint, explere processiones extra ambitum et Claustra eorum Conventus et Ecclesiae?

Et S. eadem R. C., partibus informantibus tam in voce quam in scriptis auditis, respondendum censuit:

„Quoad processionem in die festo B. M. V. de Monte Carmelo posse cum licentia parochi petita, etiam non obtenta; in reliquis Ordinarius mandet servari solitum.“

Et ita decrevit et servari mandavit. n. 3843 ad 1 die 21. Nov. 1711.

Ad dubium 1.: An PP. Carmelitis Aquei liceat processiones facere extra propria Claustra seu districtum et intra limites parochiae invito parochi? et quatenus negative;

2. An Patribus dictis liceat extra propria claustra per loca consueta facere processionem B. V. M. de Monte Carmelo occasione festivitatis, petita tamen licentia parochi, licet non obtenta?

S. C. C. resp. ad 1.: Negative; ad 2.: Affirmative.

Die 9. Junii 1708 ad 16 et 17.

Iterum propositis dubiis S. C. resp.: In decisis et amplius. Die 27. Apr. 1709.

Cremonen.

(Conc. Tr. C. 13. Sess. 25. De Regul.)

Nota sunt huic S. Congreg. Decreta circa processiones, quae fiunt a Regularibus extra suas Ecclesias et Claustra, et signanter celebre est illud

Congregationis particularis allegatum in quadam causa Nepesina 24. Julii 1632 lib. 14. Decret. p. 650., quod ita se habet: *Sacra etc. mandavit servari Decretum in Congregatione particulari de ordine SSmi jam firmatum tenoris sequentis: Sacra etc. censuit Regularibus et Confraternitatibus in Regularium Ecclesiis erectis permissum esse Processiones facere intra eorum Ecclesias et Claustra tantum et non extra. Si vero Ecclesiae Claustrum careant, eisdem Regularibus et Confraternitatibus licere processiones facere intra ambitum dumtaxat earundem Ecclesiarum, hoc est prope muros Ecclesiae, sive exeundo a janua Ecclesiae et intrando per aliam sive per eandem et semper prope muros Ecclesiae, et non extra dictum ambitum, nisi de licentia, consensu aut Cruce parochi, non obstantibus quibuscumque consuetudinibus vel praescriptionibus etiam immemorabilibus. Privilegiis tantum apostolicis Sacro Concilio Tridentino posterioribus in suo robore permanentibus, quibus per hoc Decretum minime censeatur derogatum.*

Post multi temporis lapsum, hoc est die 3. Aug. 1686, in eadem Nepesina Sacra Congregatio stetit in Decretis; cumque additum fuisset hoc aliud dubium: *An solius Episcopi accedente licentia possint Regulares processionem facere, quamvis parochus contradicat et consentire recuset?* S. C. resp.: *sufficere licentiam Episcopi*, uti plene refertur in tractatu de Sodalitatis recenter edito ab Episcopo Anagnino quaest. 10. n. 1., et late prosequuntur *Pax Jordan*. Elocubrat. Eccles. tom. 2. lib. 7. tit. 14. n. 62. versic.: ipsi tamen Regulares; *Ventrigl.* in praxi Fori ecclesiastici annot. 13. §. unico n. 4., *Donat.* rerum Regul. tom. 1. part. 2. tract. 13. quaest. 81., et ad fovendam pacem et concordiam

cotta induto delata inter Ceroferos cotta pariter indutos; sequentur viri Religiosi bini incedentes, qui in solemnitate Corporis Christi, monasticis cappis depositis, post communionem Celebrantis sument non in choro sed in alio convenienti loco superpellicem cereosque accensos gestabunt. In processionibus vero, quae fiunt feria V. in Coena Dom. et feria VI. Parasceve, quia hae intra Ecclesiam peraguntur, cum cappis monasticis procedant. Post digniores Religiosos succedent duo Thuriferarii ibidem cum cottis, qui thuribula cum incenso fumigantia lente ducent ante Celebrantem, facie non dorso ad Sacramentum semiversa in incessu.

Tandem adveniet Celebrans pluviali ac velo humerali albo amictus, deferens SSimum inter Ministros s. vestibus sed sine manipulo indutos, fimbrias pluvialis hinc inde elevantes, qui alternatim una cum Celebrante psalmos submissa voce recitabunt.

Supra Celebrantem SSimum portantem deferatur omnino baldachinum, quaternis saltem hastis instructum, quae a totidem Religiosis superpelliceo indutis in festo Corp. Chr. eleventur. Feria autem VI. in Parasceve deferri poterit baldachinum a Religiosis sine cotta, qua die Celebrans non sumet pluviale, Ministri autem Celebrantis, cum non utantur planetis plicatis, tum solemnibus illius diei Officio tum processioni cum superpelliceo assistenti.

Cerei extinguuntur postquam reconditum fuerit SSimum et in fer. VI. in Parasceve, postquam fuerit a Celebrante consumptum, nec cessabit campanarum sonitus, ubi ab Ecclesia non prohibetur, nisi post s. actionem absolutam. Quodsi ad hujusmodi supplicationes convocentur Confratres alicujus Sodalitii, hi sacco induti designari poterunt ad deferendum baldachinum,

supplendo vices Religiosorum alia munia obeuntium. In iis autem Coenobis seu religiosis familiis, in quibus parva Monachorum manus sit, *Assistentes Celebrantis* poterunt incedere cum superpelliceo, sed nunquam fas est, ut omittatur baldachinum super deferendum, ut supra, vel a Monachis vel a Confratribus.

n. 4130 die 15. Sept. 1742.

Cf.: *Processio Regular.*

63) Solemnis et publica.

Solemnes processiones esse intelligendas, quae fiunt solemniter cum SS. Sacramento vel quando SS. Sacramentum pro quacunque causa publica vel privata deferatur in processione, et quae fiunt in festo s. Marci et pro Rogationibus et in die Purificationis B. V. M. et in dominica Palmarum; caeteras vero de Rosario, de Carmine etc. non esse solemnnes nisi in propriis Ecclesiis, ubi a principio fuerunt institutae. n. 330 die 18. Nov. 1606.

Processiones publicas esse: SS. Corp. Chr., Litaniarum majorum, Rogationum, ac quascunque alias consuetas vel quae pro bono, causa et honore publico ab Episcopis inducuntur. In reliquis S. C. Concilii consulendam esse. n. 2139 die 2. Decbr. 1661.

Cf.: *Processio general.*

64) Spiritus Sancti a Patre et Filio.

Vd.: *Ritus graec.* (Constit. Benedicti XIV. §. 29).

65) Subdiaconus.

Vd.: *Subdiaconus; Cruciferarius.*

66) Tempus.

Vd.: *Parasceve* (process., decr. diei 22. Mart. 1596, n. 951); *Process.* (plures eodem die, hora); *Processio SS. Corp. Chr.* (duae etc.).

67) Terminatio.

Regulares s. Francisci Vianae tenentur in Ecclesia parochiali expectare et non discedere, donec terminatae sint functiones ecclesiasticae processionum. n. 2273 ad 4 die 24. Maii 1664.

Regulares accedentes ad publicas processiones tenentur associare Capitulum nedum in accessu, quo dirigitur processio, verum etiam in suo recessu ad Metropolitanam, in qua revertitur, non obstante contraria consuetudine, quam absum esse. n. 3118 die 20. Julii 1686; n. 3179 ad 2 die 22. Jan. 1689 cum append: *Et Episcopus cogat Regulares parere decretis.*

Ad dubium: An Regulares teneantur ad Ecclesiam matricem reassociare ss. Sacramentum ibique permanere usque ad benedictionem?

S. C. resp.: Teneri.

Die 10. Mart. 1685.

Vd.: *Processio ss. Corporis Christi* (terminatio); *Process.* (regress.)

68) Transitus per aliam paroch.

Vd.: *Processio fun.* (Via per aliam paroch.); *Processio extra paroch.*

Ad dubium: An liceat parochi occasione processionum discedere a sua parochia, accedere et transire per paroch. Cathedr. cum stola et Cruce erecta et simili modo redire ad suam paroch., vel potius debeat in Cathedrali erigere et deponere Crucem et stolam?

S. C. resp.: Affirmative quoad primam partem, negative quoad secundam. Die 28. Apr. 1703 in *Sutrina*.

69) Translatio.

Vd.: *Processio* (mutatio, indict. Ep. decr. n. 3201).

Quamvis processiones solitae privatae, quae fiunt a parochis in parochia et a Capitulo in Cathedrali, fiant

sine licentia Episcopi, adhuc tamen, si transferantur, exigitur Episcopi approbatio. S. C. R. in Hispalen. 3. Sept. 1595 et 21. Jul. 1696 et in Asten. 31. Jan. ejusdem anni.

70) Via.

Vd.: *Processio ss. Corp. Chr.* (via); *Processio funebr.* (via); *Processio int.* vel extra claustr. decr. 3. Nov. 1613 etc. t. II. p. 778); *Processio* (transitus etc.; extra paroch.); *Processio* (ornatus viae).

71) In Visitatione.

Vd.: *Process.* (ad Epis. nov. etc. et p. 845 decr. 9. Dec. 1662.)

PROCURATOR CAPITULI.

(Absentia.)

Ad dubium: An procurator Capituli Cath. civitatis Acerarum possit abesse a servitio chori ex causa sui officii per quinque menses juxta praescripta in statutis ipsius Ecclesiae Cathedralis?

S. C. C. resp.: Negative sed tantum abesse posse pro tempore necessario pro suo officio explendo.

Die 23. Aug. 1727.

PROCURATOR GENER.

(Praecedentia.)

Vd.: *Sedes in capella pont.*

Quum constat procuratorem general. ss. minorum observ. in capella pontificia ante procuratorem gener. minor. convent. sedisse, censuit ss. R. C.: dictum procuratorem in hac quasi possessione sedendi manutenendum esse. n. 67 die 26. Nov. 1593.

PROFANATIO.

Vd.: *Pollutio.*

1) Coemeterii.

a) Modus.

Profanata Ecclesia polluitur etiam Coemeterium ei contiguum; secus si remotum fuerit ab eadem; cap.: *Si Ecclesiam unic. de consecrat. Eccles.*

inter Ordinarium et Regulares, et ut sarta tecta permaneant jura Ordinariorum, quando agitur de processio- nibus, quae juxta solitum fiunt in ali- qua anni solemnitate, et quae juxta morem per alienas parochias duci con- sueverunt, resolutum quidem fuit: quod Regulares debeant petere licen- tiam et quod, si ea denegetur, re- currant ad S. Congregationem, quae rescribere consuevit Episcopo, ut li- centiam concedat, juxta plures reso- lutiones collectas apud *Mattheucc.* in offic. d. Curiae ecclesiasticae cap. 40. n. 7., et apud *Monacel.* in formul. fori ecclesiast. tit. 5. formul. 7. n. 27. et in nonnullis dictarum resolutionum sufficere dicitur licentiam petitam licet non obtentam.

His praemissis, cum Prior et fratres Augustiniani Conventus s. Nicolai Con- gregationis Lombardiae, Oppidi Vitel- lianae, Dioecesis Cremonen., proces- sionem facere vellent per vicos et plateas Oppidi et sic per alienas pa- rochias, processionem, inquam, quae dicitur della Centura et quae singulis annis in dominica infra octavam festi- vitatis s. Augustini fieri consuevit, et a parochis licentiam quaesiverint, ea- demque, sic mandante Episcopo, fuerit ipsis denegata a paroco s. Martini, et hoc minime obstante processionem fecerint, exorta est controversia, quae in praesenti proponitur.

Auditus fuit Episcopus, qui ingenue confessus est, fuisse Patribus, se man- dante, denegatam a paroco s. Martini licentiam. Addidit, non posse fieri a Regularibus processiones extra ambi- tum et Claustra sine licentia Ordinarii, et se voluisse, ut parochus s. Martini licentiam denegaret, ex quo Patres s. Nicolai, qui habent Conventum intra limites parochiae s. Martini, et qui semper interfuerant processioni, quae infra octavam SS. Corporis Christi fit in eadem parochia, eidem nolluerunt

anno praeterito intervenire, nec pre- cibus flecti potuerunt non sine scan- dalo populi.

Haec sunt, quae habentur in infor- matione Episcopi, cumque Patrum jura circumferantur, quae potissimum re- ducuntur ad qualitatem processionis et ad licentiam, quam dicunt sibi nun- quam fuisse a parochis denegatam, onus erit EE. VV. decernere:

An et quomodo liceat Patribus Au- gustinianis Conventus s. Nicolai Vitel- lianae Congregationis Lombardiae per- agere generalem processionem nun- cupat. della Centura singulis annis in domin. infra octavam festivit. s. Au- gustini in casu?

S. C. C. resp.: Licere, petita licen- tia a paroco vel ab Episcopo et ad mentem, et amplius.

Die 12. Jan. 1726.

59) Res circumferendae.

Vd.: *Parasceve* (process., decr. diei 28. Apr. 1703); *Process. SS. Corp. Chr.* (Quae res etc., Laici etc.); *Instr. Clem. §. XXI. n. 6.*; *Pro- cessio* (Laici).

60) Ritus non mutandus.

Vd.: *Processio* (mutatio, abusus).

61) Sancti alicujus infra oct. Corp. Chr.

Incidente die festo s. Antonii de Padua infra octavam Corp. Chr. potest peragi processio sol. s. Antonii prae- dicti, dicta die non impedita aliis processionibus. n. 3801 die 23. Martii 1709; n. 3806 die 4. Maii 1709.

62) SS. Sacramenti.

a) Quomodo et quando incipit?

Vd.: *Instr. Clem. §. XIX. n. 11. 18—21.*; *§. XX. n. 16.*; *Festum SS. Corp. Chr.*; *Missa in festo SS. Corp. Chr.*; *Processio SS. Corp. Christi.*

b) Ante expos. SSmi.

Vd.: *Instructio Clem. §. XIX. n. 19.*

c) Delatio SS. Sacramenti.

Vd.: *SS. Sacram.* (a Celebr. defert., delatio).

d) Extra et intra Eccles.

Vd.: *Instr. Clem. §. XXI. n. 1. 2. 3....*; *Coena Dom.* (Process., decr. n. 4647); *Altare portatile in processione*; *Processio SS. Corp. Chr.*; *Festum SS. Corp. Christi*; *Processio extra Eccles.*

Multis ab hinc annis, cujus initii memoria penitus oblitterata est, con- suevit Sodalitas SS. Sacramenti una- cum quatuor parochis loci *Comunanza* vulgo nuncupat. in dioecesi Montis Alti singulis tertiis dominicis cujusque mensis SS. Eucharistiae Sacramentum processionaliter deferre, extra Eccle- siam s. Catharinae, in qua, utpote proprii juris, Officia peragit Sodalitas antedicta. Ex quo vero ab ipsis com- pertum fuit Decretum extare in una Sulmonen. diei 12. Julii 1638, quo declaratur delationem SS. Sacramenti extra Ecclesiam non esse permissam, nisi occasione solemniss processionis in festo et per octavam Corporis Chr., necnon occasione Infirmorum et Ora- tionis quadraginta horarum juxta Sa- crorum Canonum Decreta, eidem ob- temperantes processionem extra Ec- clesiam peragere desierunt. Verum ut antiqua consuetudo servetur, Procura- tores recensitae Sodalitatis humillimas S. R. Congregationi preces porrexerunt postulantes, ut deinceps suppli- catio ipsa effici queat ut antea extra Ecclesiam.

Et eadem S. C. in Ordinariis Com- mitiis hodierna die ad Vaticanum ha- bitis, referente Secretario, rescripsit: Attentis peculiaribus circumstantiis pro gratia. n. 4674 die 12. Nov. 1831.

In civitate Limburg. quotannis in festo Ascensionis Dom. solemniss pro- cessio cum SSmo per plateas civitatis habere consuevit. Qui usus in non- nullis aliis dioecesis parochiis, in una

alterave etiam ex voto tempore ali- cujus publicae calamitatis olim emissio inolevit. Quaeritur: An talis usus, ubi viget, et, si id negetur, saltem ubi ex voto antiquitus introductus fuit, sustineri et continuari valeat?

S. R. C. resp.: Affirmative in Om- nibus.

Die 7. Maii 1857 (*ad dub. VIII.*).

e) Modus.

Vd.: *Processio SS. Sacr. Regular.*

f) Prohibita.

Vd.: *Processio in Monial. Ecclesiis etc.*; *Parasceve* (processio); *Processio prohibita.*; *Processio SS. Sacr. intra et extra Eccles.*; *Processio in nocte.*

Detationem SS. Sacramenti *extra* Ecclesiam non esse permissam nisi occasione solemniss processionis in festo et per octavam Corp. Christi, necnon occasione Infirmorum et ora- tionis quadraginta horarum juxta s. Ca- nonum decreta. n. 1058 die 12. Junii 1638.

Processiones solemniss cum SSmo tempore Passionis et moestitiae non convenient, nisi fer. V. in Coena Dom. post missam ad deponendum et con- servandum SSmum pro Officio fer. VI. seq.; et similes processiones de nocte facere abusum esse, cum repugnent communi stylo, ritui, caeremoniis ac mysteriis universalis Ecclesiae et ideo nullo modo esse eo tempore permit- tendas. n. 323 die 8. Aug. 1606.

Non licet Patribus Minor. Maceratae die prima Augusti processionem facere et incedendo parochiam adire Eccle- siam Monialium. n. 3839 ad 1 die 22. Aug. 1711.

g) Regularium.

Priori Camaldul. Nolae S. C. resp.: Praecedat Crux hastata a Religioso